iudicantur. Quae enim ter in tecta quod sit proprium qualitatis quam contrarietatem suscipere. Nec solius est nec totius illud proprium tenemus. Video et magis et minus hoc est mallon . kai hetton . in se recipere qualitatem; namque magis album et magis nigrum et magis iustum et minus iniustum possumus dicere. Verum illud quoque nec in omni qualitate nec in sola potest inueniri. Quis enim prudentiam prudentiorem prudentia possit dicere . aut albedinem clariorem aut doctrinam doctiorem . aut trigono magis trigonum . aut quadrato magis quadratum. Si enim trigonum fuerit maius esse quam trigonum non potest. At si maius aut minus fuerit iam trigonum non erit. Separare tamen placet atque discernere eas qualitates quae magis et minus recipiunt ab his quae hunc quasi regulam comparationis excurrent. Sit ergo haec regula. Qualitates ipsas magis et minus non posse suscipere. Ea vero quae ex his sunt comparata et magis recipere posse et minus. Ut eloquentiam magis eloquentia seu minus dicere nullus potest. Eum vero qui eloquens est magis et minus ceteris eloquentem possumus dicere. Claret ergo magis et minus in qualitatibus inueniri posse. Namque posse in qualitates incidere. Figurae quoque ut supra explicatum est . non admittunt magis et minus. Si quid enim circulo si aliquid addas aut minuas circuli iam uocabulum non tenebit. Et in aliis figuris non mutat. Manifeste ergo designatum est. Quae qualitates habent in se titulum comparationis accipiunt et quae ab his uidentur esse alienae. Reliquum est ut qualitatis proprium quod ab categoriis

Idiwc . uestigemus. Namque habent hoc proprium ut singularis atque una nulla contraria in se suscipiat. Suscipiat hoc dixi non habeat contraria. Meminisse et nos oportet quod ipse decem categorias nemur: non diximus esse contrarium. Ergo ad est proprium suscipere contraria id est sanitatem morbo, aegritudinem. Quanta ad est TITTWCWC . uel TIHWICWC . ut pari in pari ue dicatur. ΘΥΔΗ ΠΡΟC ΤΙ . id est . ad aliquid uero sunt ANTICTPW ΦΗΝΤΑ . hoc est ut in se conuertantur ac sint sibi natura coniuncta. Ita et qualitatis proprium hoc est. Ut cuncta qualia similia et dissimilia nominentur. Et dulce et dulci et albo album et stulto stultum et leui leue et calido calidum . similia esse nuncupantur. Aliter autem si dicta fuerint nuncupationem propriam non habebit. Nec hoc non nulli in legendo turbentur quod affectio et habitus et disciplina . quae in ad aliquid dicitur id est . ΗΜΠΡΟCΤΙ . posita sunt eadem quoque qualitati quoque connexa sunt hanc discretionem dante. Ut ad categoriae ad aliquid sociento quando sunt genera. Cum vero species qualitati ut puta si disciplina dixeris quae est generis certum ad aliquid referenda est. Disciplina enim discibilis rei disciplina dicitur. Quod si musica dixeris musica species disciplinae est non generis. Qualitati rectenenda est. Neque enim musica musici musicam possumus dicere sed musici disciplinam. Similiter affectio et habitus secundum genera et species nunc ad aliquid nunc qualitati nectuntur. Si quid enim si affectum aut habitum hoc est . ΕΞΙΝ ΚΗ ΔΙΑΘΗCΙΝ . generis dixeris id est disciplinae ad aliquid referentur. Si in hoc affectum et habitum species esse dixeris musicae et grammaticae. Qualitates deuenimus agnoscere. Quis ipse quoque aures totaliter mentis intentas huic parere proximo concessit.